

in solo 1. gradu; at consobrinus distat ab avo in 2. gradu tanquam ejus nepos. *ibidem*.

7. Stupes est persona illa a qua omnes personae, de quarum conjunctione tractatur, descendunt, & originem ducunt. num. 3.

8. Regula ad computandos consanguinitatis gradus pro linea recta est. Quando persona cujus gradus quaeritur est in linea recta ascendente, vel descendente, non alia; si inter ipsam & alteram personam nulla persona mediet sunt in primo consanguinitatis gradu linea recta; si vero inter ipsas aliqua persona aut multiplex mediet, tunc numeratis omnibus personis mediis, & extremis, dematur de numero illo una persona, & quot personae restant, tot sunt gradus. n. 4.

9. Regula pro linea transversa aequali haec est. Quando personae quarum gradus quaeruntur sunt in linea transversa aequali, eodem gradu distant inter se, quo distant a communi utriusque stirpe proximo: ut duo fratres distant inter se in 1. gradu. n. 5.

10. Regula pro linea transversa inaequali est. Quoties personae in linea transversa consanguineae distant inaequaliter a communi stirpe, eo gradu distant inter se quo remotior distat a stirpe, ut patruus & filius ex fratre, in secundo consanguinitatis gradu distant inter se. num. 6.

11. In graduum computatione in linea recta concordat jus canonicum cum civili, at in computatione in linea transversa diffidet. n. 7.

12. Regula pro computatione graduum in linea transversa attento jure civili haec est. Si linea est aequalis, quoro gradu quis distat a communi stirpe, tot duplicato distat inter se: si vero linea sit inaequalis, quot sunt personae computatis extremis, & mediis stirpe dempro, tot sunt gradus. *ibidem*.

13. Computatio graduum secundum jus canonicum servanda est quoad matrimonium; sed quoad successiones illa quae est juris civilis. n. 8.

14. Matrimonium in primo gradu consanguinitatis lineae rectae scilicet, inter parentes, & filios est ipso jure naturae irritum. 1.7. d. 51. n. 7.

15. Plurimi docent prohibitionem, & irrationem matrimonii inter ascendentes, descendentes jure naturae inductum protrahi ad quemcumque gradum in infinitum, sed probabilis est ad aliquem gradum eam prohibitionem terminari. n. 12. & 13.

16. Varii varios gradus assignant ad quos se extendit haec prohibitio, sed probabilis est in solo primo gradu ascendente, & descendente jure naturae esse irritum matrimonium, & jure Ecclesiastico haec prohibitio non excedit quartum gradum. a. num. 15. utque in finem.

17. Infideles matrimonio conjuncti cum quocumque ascendente dempsis patre & matre, dummodo non contra leges suas aut consuetudines matrimonium irritantes illud intierint, ad fidem converti non sunt separandi. num. 21.

18. Consanguinitatis gradus in quibus interdictum erat matrimonium Levitici. 18. sunt. In linea recta, parentum cum filiis, avorum cum nepotibus, & aviarum cum nepotibus, in linea transversa primus gradus, ut fratrum cum sororibus sive ex uno sive ex utroque parente, & partim secundus in linea aequali ut nepotum cum amita aut matertera. 1.7. d. 52. n. 1.

19. Sentiant quidam omnes gradus consanguinitatis, & affinitatis Levitici 18. expressis obligare in lege natura, ac proinde in illis fuisse prohibitum jure ipso naturae matrimonium; ceterum verissima sententia habet non omnes illos gradus prohibitos, esse de jure naturali irritata matrimonium in illis inintum, atque adeo non obligare omnes illos in lege Evangelica; tamen fatendum est matrimonium in illis gradibus inira adversari juri naturali secundario, licet non primivo, si peculiaribus circumstantiis non cohonestentur. n. 5. 6. & 7.

20. In solo primo gradu linea transversae ut inter fratres, & sorores secundum probabiliorem sententiam est interdictum ac irritum jure naturae matrimonium; quamvis probabiliter multi validum esse eodem jure doceant. num. 10. & 11.

21. Olim Ecclesia conjugium interdixit usque ad septimum consanguinitatis gradum: postmodum Innocentius 3. in Concilio Lateranensi retrixit gradum consanguinitatis usque ad quartum; unde non solum in linea collateralium seu transversa, sed etiam in linea ascendente, & descendente linea, possunt jam consanguinei ultra quartum gradum matrimonio jungi. lib. 7. disp. 53. num. 1.

22. Consanguinei inaequaliter distantes a stirpe, si alter distet ultra quartum gradum, alter vero intra illum, possunt matrimonio copulari. n. 4.

Cognatio legalis.

1. Cognatio legalis est propinquitas ex adoptione proveniens, Cognationis legalis triplex est specie 1. est 1.

nea recta inter adoptantem, & adoptatum ac adoptati descendentes. 2. est lateralis seu in linea transversa inter adoptatum, & filios carnales adoptantis. 3. est per modum cujusdam legalis affinitatis ad similitudinem affinitatis naturalis, quae est inter adoptantem, & uxorem adoptati, & e contra. 1.7. d. 63. n. 5. & 6.

2. Cognatio legalis quae matrimonium dirimit, ex sola adoptione perfecta quae arrogatio est ortum habet: quamvis alii satis etiam probabiliter ex imperfecta oriri affirmant. n. 8. & 9.

3. Communis sententia est primam speciem cognationis legalis in linea recta, nempe inter arrogantem, & personas arrogatas, dirimere subsequens matrimonium. num. 12.

4. Affirmant quidam affinitatem legalem non obflare matrimonio contrahendo; verum tanquam res explorata jure statuto est, eam cognationem matrimonium dirimere. n. 13.

5. Quorundam sententia est cognationem legalem in linea transversa solum impedire, non autem dirimere matrimonium, at per illam illud dirimi dicendum est. num. 14. & 15.

6. Hoc impedimentum quamvis solis legibus civilibus inductum sit, vim tamen habet matrimonium dirimendi, eo quod leges id statuentes sunt jure canonico approbatae. n. 17.

7. Quando cognatio legalis supervenit matrimonio jam contracto, non impedit debiti petitionem, respectu conjugis qui eam contraxit. Contra Silvest. n. 19.

8. Cognatio legalis sponsalibus superveniens illi dirimit. num. 20.

9. Impedimentum cognationis legalis est solo jure humano inductum, unde si apud infideles haec adoptio fieret, & ea non obstanti iniret matrimonium inter adoptantem, & adoptatum, valerit utique nisi speciali eorum lege id matrimonium irritaretur. num. 21. & 22.

10. Prima species cognationis legalis rectae lineae, & tertia affinitatis legalis impedit, ac dirimit perpetuo matrimonium. Secunda autem species in linea transversa inter filios carnales adoptantis, & filios ejusdem adoptivos non impedit in perpetuum, sed quamdiu durat adoptio, & filii sive legitimi, sive adoptivi sunt in patris potestate. num. 24.

11. In dissolvenda adoptione per emancipationem ut cesset impedimentum, debet servari solemnitas legibus praescripta: sicut enim adoptio contrahi nequit sine auctoritate magistratus, ita nec dissolvi. n. 25.

12. Inter adoptantem, & filii adoptivi parces nulla contrahitur cognatio legalis ac proinde potest inter eos consistere matrimonium. n. 26.

13. Integrum est filiis legitimis contrahere cum adoptivis matrimonium post parentis adoptantis obitum: idem dicendum si ipsi filii sint jam emancipati, quamvis pater superstitis sit. n. 27.

14. Aliqui censent inter fratres adoptivos, id est adoptatos ab eodem parente, non posse consistere matrimonium, at dicendum est nullam inter illos oriri cognationem, atque ita posse matrimonio illos inter se copulari. num. 28.

15. Filii duorum fratrum adoptivorum possunt inter se matrimonium inire, quia nullo cognationis nexu inter se vincuntur. n. 29.

16. Probabiliter negant quidam inter filiam carnalem illegitimam adoptantis, & adoptatum, aut e contra, posse consistere matrimonium, ac multo probabilius est inter hos nullam esse cognationem, & ita posse eos matrimonio jungi. n. 30.

17. Quidam extendunt cognationem hanc legalem impediendam, & dirimentem matrimonium in infinitum inter adoptantem, & adoptatum ejusque descendentes: alii limitant tantum usque ad quartum gradum: sed verior sententia est quae docet cognationem legalem inter adoptantem, & adoptati descendentes protrahi in infinitum, intelligi debere de ascendentibus adoptantibus, & descendentibus adoptatis, & non de aliis. n. 31. 32. & 34.

18. Nulla cognatio legalis contrahitur inter patrem adoptantem, & filiam filiae adoptivae. n. 35.

19. Adoptans potest inire matrimonium cum quibuscumque filiis legitimis adoptati, quia hi non possunt esse in adoptati potestate, num. 36.

Cognatio spiritualis.

1. Cognatio spiritualis est propinquitas quaedam personarum ex statuto Ecclesiae confluxus propter collationem Baptismi, vel confirmationis vel susceptionem recipientis hae Sacramenta. 1.7. d. 54. n. 1.

2. Haec cognatio spiritualis non est ex jure divino naturalis, aut ex divino positivo, sed ex solo Ecclesiastico: & ex aliis Sacramentis praeter Baptisum, & confirmationem minime oritur. n. 2. & 6.

3. Hoc impedimentum cognationis spiritualis est perpetuum,

tuum, ac proinde non extinguitur morte personae, quae medianter contracta est. n. 8.

4. Attento jure antiquo triplex erat cognationis spiritualis species. 1. paternitas inter baptizantem, & baptizatum, & inter confirmantem, & confirmatum: item inter patrimum baptizati, vel confirmati, & baptizatum vel confirmatum. 2. compateritas inter parentes baptizati vel confirmati, & baptizantem vel confirmantem, & patrinos Baptismi vel confirmationis. 3. erat fraternitas inter filios carnales baptizantis, vel confirmantis, vel patrimum, & ipsum confirmatum, vel baptizatum. num. 9.

5. Jure novo Tridentini, duplex est tantum species cognationis spiritualis, scilicet, paternitas & compateritas. Paternitas contrahitur inter baptizantem cum baptizato, & inter patrinos cum ipomet baptizato: item inter confirmantem cum confirmato, & inter patrinos confirmationis cum ipomet confirmato. Compateritas autem contrahitur inter baptizantem, vel confirmantem cum patre & matre baptizati, vel confirmati, & inter hos parentes carnales baptizati, vel confirmati cum patrino Baptismi vel confirmationis. n. 10.

6. Cognatio spiritualis contracta a viro non transiunt ad uxorem: & e contra: ita declaravit Pius V. n. 11.

7. Cognatio haec spiritualis non contrahitur inter ipsomet patrinos, & possunt inter se matrimonio jungi. n. 12.

8. Quando Baptismus domi confertur, & postea in Ecclesia adhibetur solemnitate Baptismo minime iterato, non contrahitur cognatio spiritualis in iis catechismi solemnitate, quae matrimonium subsequens dirimat aut impedit. 1.7. d. 62. n. 1.

9. Ex intertione solemnium Baptismi privatim valide collati, censent aliqui oriri cognationem spirituales perfectam dirimentem subsequens matrimonium; ceterum absque dubio teneandum est, nullam profus oriri cognationem, sive in rebaptizante, sive in patris, prout concludunt est in concilio rotae. n. 4. & 5.

10. Si iteretur baptismus sub conditione, eo quod de prioris veritate dubitatur, postquam confiterit priorem fuisse validum non oritur cognatio: at dum id non constat, praesumptum Ecclesiae cognationem: intellige quando est merum dubium. n. 6.

11. Afferunt quidam cognationem contrahi non posse nisi ex Baptismo solemniter a Sacerdote ministrato: at dicendum profus est baptizantem etiam laicum in extremo necessitate articulo contrahere cognationem perfectam matrimonium subsequens dirimentem cum baptizato episcopi parentibus. n. 9. & 10.

12. Oritur cognatio spiritualis dum quis nondum integre natus baptizatur, quando Baptismus est validus; nec orietur postea ex Baptismo sub conditione, iterato in Ecclesia propter dubium valoris prioris Baptismi. num. 7.

13. Qui in necessitate filium suae concubinae baptizat non potest eam ducere, quia obstat cognatio spiritualis. num. 11.

14. Tenentem puerum in Baptismo non solemniter celebrato contrahere cognationem spirituales, quidam valde probabiliter affirmant, sed auctor cum aliis probabilibus negant. n. 13. & 14.

15. Ut patris cognationem spirituales contrahant, desideratur ut baptizatum vel confirmatum teneant; dum aqua infunditur puero in Baptismo, vel in confirmatione dum ab Episcopo christiane ungitur. lib. 7. disp. 56. num. 1.

16. Non quicumque levantes de sacro fonte cognationem spirituales contrahunt, sed qui primum suscipiunt puerum de baptizantis manibus, ubi primum baptizatus est; quare accipientes de manibus susceptoris non contrahunt. num. 3.

17. Sentiant aliqui dum adultus baptizatur, vel confirmatur, non opus esse contactu, sed sufficere assentientiam patris quasi in suam curam suscipientis, verum ex declaratione Cardinalium necessarius est contactus in patris ut haec cognatio contrahatur. n. 5.

18. Non quicumque tactus momentaneus digito, vel manu satis est ad cognationem contrahendam, sed exigitur patris sic infantem tangere ut vere teneant vel levant ex sacro fonte; tamen non desideratur ut patris immediate puerum tangant, sed satis est quamvis vestibus contactus sit. n. 4. & 6.

19. Docent quidam non solum susceptionem baptizati in ipso Baptismo sufficere ad contrahendam cognationem spirituales, sed simul necessariam esse patrimum pro puero responsum verbis expressam non signis dum catechismus sit: alii dicunt satis esse signis responderi; alii distinguunt, si baptizatus sit adultus, non esse patrimum necessariam responsum, secus ubi est infans: sed verissima sententia habet per solum susceptionem contrahi, & nullatenus ad id responsum patrimum desiderari. n. 7. 8. 9. & 10.

20. Jure antiquo praescriptum erat ne plures patris in Baptismo, vel confirmatione adhiberentur, sed unus

solus sive vir, sive femina, & quotquot baptizatum vel confirmatum tangebant, spirituales cognationem contrahabant. 1.7. d. 57. n. 1. & 3.

21. Novo jure Tridentini permittitur, ut possint ad summum esse duo patris, vir scilicet, & mulier; non autem duo viri, aut duae feminae. n. 4.

22. Patrini esse possunt simul maritus, & uxor alienae sobolis, illos tamen peccare venialiter docet. Suarez. n. 5.

23. Quando nulli patrini designantur, quidam omnes censent tangentes baptizatum contrahere hanc cognationem; quamvis hoc sit valde probabile, probabilis tamen est neminem tunc contrahere cognationem. num. 11. & 12.

24. Quando plures duobus patrini designantur, aut duo viri, vel duae feminae contra praescriptum Tridentini, & a parochio admittuntur, si simul suscipiant, omnes contrahunt hanc cognationem; quia lex Trident. prohibens non irritat factum: Suarez tamen probabile putat nullum eorum contrahere. n. 13. & 14.

25. Quando parentes designantur duos vel plures patrinos, & parochus non premisit diligenter inquirendo qui designati essent, ut legitimis admitteret, alios expellens, omnes a parentibus designati contrahunt. n. 16.

26. Ad contrahendam hanc cognationem, non desideratur ut susceptor intendat cognationem aliquam paternitatis, aut compaternitatis contrahere, sed exigitur & satis est, ut intendat efficere quod patris efficiant, scilicet, exercere actum illum suscipiendi ac Ecclesia institutum; licet quidam dicant, ultra susceptionem exigi intentionem contrahendae paternitatis, lib. 7. disp. 58. n. 2. & 4.

27. Non contrahitur haec cognatio ab eo, qui materialiter tantum tenet puerum non tanquam patrino, neque id intendens, sed solum gratia majoris commoditatis, ne puer humi sit, vel ut verum patrimum (qui forte senex est, & debilis) sustentet: vel ut moerem parentibus gerat, fingens se velle tanquam patrimum tenere. num. 5.

28. Susceptio requisita in patris ita personalis est, ut per procuratorem exerceri non possit, nec per ipsum contrahitur cognatio, nec procurator ipse alieno nomine tenens, eam contrahit: tamen probabile est etiam contrarium. 1.7. d. 59. n. 3. & 4.

29. Consuetudine potest induci, ut contraheretur cognatio haec spiritualis, tenendo per procuratorem aut nuncium. num. 6.

30. Universitas suscipiens infantem per syndicum ad id specialem potestatem habentem non contrahit cognationem, nec singuli hujus universitatis. n. 7.

31. Juxta verior sententiam, infidelis baptizans, suscipiensque in Baptismo, vel confirmatione filium fidelis non contrahit cognationem spirituales cum persona baptizata, vel suscepta, ac ejus parentibus; quia est incapax hujus cognationis contrahendae, cum Ecclesiae legibus minime subdat. 1.7. d. 60. n. 7. idem dicendum de catechumeno. n. 9.

32. Si Christianus, una cum infideli suscipiat puerum, vel alter suscipiat altero baptizante non contrahitur cognatio cum infideli, utpote qui illius expers est, bene tamen cum Christiano; quia utile non vitiat per inutile, quando commode separari possunt. n. 10.

33. Infidelis baptizans, vel suscipiens, non contrahit cognationem ex eo actu tempore infidelitatis gesto, quamvis postea baptizetur. n. 11.

34. Quidam affirmant fidelem baptizantem, aut tenentem filium infidelis contrahere cognationem cum parentibus, quamvis parentes ipsi non contrahant; sed dicendum est infidelem esse incapacem cognationis illius passivae, sicut activae; quia cum cognatio sit relatio quaedam, non potest ab altero contrahi, quin ab utroque contrahatur. n. 13. & 14.

35. Non confirmatum suscipientem in confirmatione puerum, contrahere hanc cognationem, quidam satis probabiliter docent; licet sententia negans probabilior sit. num. 19. & 20.

36. Ad contrahendam cognationem spirituales, non exigitur ut patrino aetate excedat baptizatum, vel confirmatum; desideratur tamen & sufficit ut ratio in patrino necessarius ad culpam mortalem, ut suscipiendo contrahat. 1.7. d. 61. n. 3. & 4.

37. Coniux in extrema necessitate (dum non adest alius) baptizans uxorem ad fidem convertam, vel filium commuam, quamvis inter ipsos oriatur cognatio spiritualis, quae si matrimonium praecederet, ipsum dirimeret, non privatur jure suo petendi vel reddendi debitum, idem dicendum de parente in necessitate suscipiente filium in Baptismo vel confirmatione. 1.9. d. 26. n. 2. & 3.

38. Coniux extra necessitatem scienter baptizans aut tenens tanquam patrino in Baptismo, vel Confirmatione communem filium, aut alterius conjugis, privatur ratione cognationis jure exigendi debitum, licet teneatur reddere: tamen oppositum est etiam probabilis. num. 6. & 7.

33. Conditio si Deus voluerit, aut Deo placuerit, est generalis, & in omni contractu intelligitur, unde non suspendit consentum, si contrahentes intelligant de voluntate beneficii, quia Deus omnia quæ sunt, aut vult, aut permittit; si vero intelligant de voluntate divina approbante, tunc est conditio specialis, & ita suspendens. n.11.

34. Conditiones intrinsecæ quæ necessario insunt matrimonio, & absque quibus matrimonium consistere non potest, non reddunt matrimonium conditionale; ut si non fuerit consanguinea vel affinis, &c. n.12.

35. Quamvis conditio si non es consanguinea, non reddat matrimonium conditionale, operabitur tamen, ut scienter contrahens cum consanguinea sub ea conditione, minime incurrat excommunicationem. n.14.

36. Matrimonium initum sub necessaria conditione est absolutum, & validum, nec conditio illa suspendit, sed perinde est ac si apponita non esset: ut contraheo tecum si eras sol orietur. l.5. d.2. n.2.

37. Si contrahentes crederent conditionem esse contingentem; vel si conditio necessaria, sit respectu nostri incerta, suspenderet usque in conditionis eventum: imo quando conditio est contingens secundum ordinem naturæ, licet per accidens ex impossitione sit necessaria, suspendit. n.3. 4. & 7.

38. Conditio impossibilis reputata possibilis non rejicitur a contractu matrimonii, vel sponsalium, sed suum sortitur effectum in utroque foro, quando sciebant contrahentes conditionem esse impossibilem. l.5. d.3. n.8.

39. Ut conditio impossibilis habeatur pro non adjecta, ultra conditionem impossibilitatis conditionis, exigitur etiam ut ambo contrahentes consensu sint decreti: ista enim conditionem haberi pro non adjecta, quia talis conditio importat dissentium. n.11. & 12.

40. Conditio impossibilis habetur pro non adjecta, quando dubia est contrahentium intentio, an animo consentiendi, vel potius irridendi, eam conditionem apposerint: tunc enim favore matrimonii præfertur pars illius conservatrix, & præsumit Ecclesia ea verba accipi in sensu absoluto, proinde ac si conditio apponita non esset, quia in dubio pro matrimonio judicandum. nu.15.

41. Omnes fideles dum sacramenta recipiunt, & censentur ea recipere juxta Ecclesie intentionem, & dum contractus ineunt matrimonii, noruntque conditionem esse impossibilem, eamque rejici ab Ecclesia, & pro non adjecta haberi, sed præsumere consentum esse purum, & absolutum, videntur velle pure contrahere juxta intentionem Ecclesie, & ut ipsa Ecclesia præsumat, & judicet tale matrimonium: nisi aliter explicent suam intentionem. num.8.

42. Conditio impossibilis, est multiplex: quædam enim est per naturam impossibilis; quædam jure impossibilis, ut quando jus oppositum habet: quædam est facta ipso impossibilis ut si quis pauperi dicat, contraheo tecum si centum mille aureos in dotem dederis: quædam est natura sua possibilis, at ex accidenti ut ex lapsu temporis est impossibilis: ut contraheo tecum si es virgo. l.5. d.4. n.1.

43. Conditiones impossibiles cum apponuntur per verba de futuro, habentur pro non adjectis: imo etiam rejiciendæ sunt, quamvis sint de præterito, vel præsentis, aliqui tamen hoc postremum negant. nu.2. & 3.

44. Conditiones jure impossibiles rejiciendæ sunt a matrimonio sicut rejiciuntur impossibiles per naturam, maxime si conditiones referantur ad jus præsens, & manifestum sit illas esse contra jus. n.7. 8. & 9.

45. Conditio impossibilis de facto solum respectu illius personæ cui proponitur implenda, & non simpliciter etiam respectu aliorum, potest enim alieno auxilio impleri, tunc talis impossibilitas est potius difficultas; ideo non rejicitur a matrimonio, sed suspendendi effectum habet, & si non impletur, annullabit matrimonium: si vero impossibilis sit etiam respectu aliorum, tunc favore matrimonii tantum impossibilis rejicitur. num.14.

46. Conditio quæ ex natura sua possibilis est, at ex accidenti est impossibilis, aut ex lapsu temporis, non rejicitur, sed si vera est, valet matrimonium, si vero falsa vitabitur. n.16.

47. Conditio inter dantes sibi fidem de matrimonio: Si Papa dispensaverit, reputatur impossibilis, & talis contractus est nullus, si impedimentum ejus generis sit, ut nunquam solutus sit Pontifex dispensare. l.5. d.5. n.2.

48. Contractus est omnino nullus, quando Pontifex solutus est legitima causa dispensare in impedimento, & contrahentes ea carent. n.3.

49. Promissio sub conditione, si Pontifex dispensaverit, obligat, & habet vim sponsalium, si obtenta dispensatione ratificetur prior consentus. n.4.

50. Promissio matrimonii inter impeditos, in quorum impedimento dispensare solitus est Pontifex ex justa causa, adesse talis causa, obligat, & neutri altero invito fas est resistere, sive ante, sive post obtentam dispensationem, quia pendens a voluntate Principis, reputatur impossibile, quando Princeps id concedere non solet, secus quando solet; probabile tamen

est talem promissionem esse nullam. num.5. 12. & 13.

51. Affirmant quidam valere promissionem matrimonii inter impeditos, etiam non expressa conditione, si Pontifex dispensaverit, sed probabilis est non obligare, ea conditione non expressa. n.25. & 26.

52. Si impedit impedimento non dirimentis, sed solum impediens det sibi fidem de matrimonio contrahendo, præmissa dispensatione; verus est promissionem non obligare, cum hæc conditio pendeat a voluntate principis. n.29. & 30.

53. In casibus, sub conditione si Papa dispensaverit, expressis, altero resistente, non tenetur alter resistere alteri expensis, sed quilibet suam partem solvere debet, cum sit onus commune; affirmant tamen aliqui resistentem teneri solvere expensas occasione hujus contractus, vel dispensationis impetrandæ gratia factas. n.32. & 33.

54. Qui feminæ consanguineæ promittit matrimonium si Papa dispensaverit, tenetur procurare dispensationem, sumptibus tamen communibus. n.36. & 37. plures sub hac conditione deciduntur casus, in hac disputatione.

55. Conditio honesta, & possibilis de præsentis, vel præterito, adjecta matrimonio, illud non vitiat, nec suspendit; sed si conditio tunc est vera, ut si pater tuus vult, est statim validum matrimonium, si vero est falsa, est statim irritum. l.5. d.6. n.1.

56. Conditio possibilis, & honesta de futuro, suspendit contractum matrimonii, ut nullo modo valeat dum conditio non impletur; intellige, si conditio adijciatur in ipso actu contrahendi matrimonium, secus si ex intervallo. n.2. & 3.

57. Conditio apponita de præsentis, vel præterito, sponsalibus aut matrimonio, ut si patri placeat, ex tunc obligat ut sponsalia, vel matrimonium, si pater tunc consentum præstet, quamvis contrahentes ignorent assensum patris: idem dicendum, quamvis contrahentes crederent parentibus placere, si verum habeant animum contrahendi, casu quo parentibus placeat: imo satis est virtute placuisse patri: quando vero tunc non placet id matrimonium, licet postea placeat, est nullum. l.5. d.7. n.2. 3. 4. & 5.

58. Quando apponitur conditio de futuro, ut si patri placuerit, si primo pater dissentiat, non erunt sponsalia, nec matrimonium, quamvis postea assensum præstet, nisi contrahentes iterum se obligent: Oppositum nempe esse vera sponsalia aut matrimonium, est etiam probabile. num.8. & 9.

59. Conditio, si sit de futuro, & pater nihil explicet, sed taceat, quidam asserunt id minime satis esse, ut conditio censetur impleta, verus tamen est facta esse eam taciturnitatem; quia satis in speciem forma adimpletur. num.11. & 12.

60. Quando uterque contrahens est habilis, & contrahit per verba de præsentis sub conditione honesta, ut si pater dotem dederit, adveniente conditione, statim absque novo consensu efficitur matrimonium, ita communiatur Doctores juris Pontificis: sed communis Theologorum sententia, quæ est probabilissima ait non effici matrimonium, sed tantum sponsalia, nisi novus consensus accedat. l.5. d.8. n.3. 4.

61. Quando contrahentes de præsentis sunt inhabiles, & contrahunt sub conditione, si Pontifex dispensaverit, dispensatione obtenta, probabilis est statim abique novo consensu matrimonium perfici, quamvis alii probabiliter novum consentum exigant. n.9. & 10.

62. Quando quis duas feminas duxit de præsentis, sub conditione honesta, ea simul impleta, verus est neutrum matrimonium valere, quia incertitudo vitiat matrimonium: si tamen conditio non simul impletur, prævalebit matrimonium cujus conditio prius impletur, a num.12. usque ad 16.

63. Quando sunt sponsalia sub conditione honesta cum duabus contracta, & utraque conditio simul, vel successive impletur, dicendum est in neutro casu manere validum primum contractum sponsalium, & ex illo minime oriri publicæ honestatis injuriam. n.17. & 18.

64. Contracto matrimonio coram Parocho & testibus sub conditione de futuro, sustinendo opinionem adveniente conditione non consurgere matrimonium absque novo consensu; certum est hunc novum consentum præstandum esse coram parocho & testibus, licet prior coram illis habitus fuerit. n.20.

65. Sustinendo in præcedentibus casibus esse matrimonium impleta conditione absque novo consensu, non est necessarium ut iterum coram Parocho & testibus contrahant: quamvis quidam post Tridentinum dicant jam non esse locum huic opinioni. n.21. & 22.

66. Valde probabile est, non esse necessarium ut Parochus & testes præsentis sint verificationi conditionis matrimonii celebrati sub conditione de præsentis, vel futuro; modo coram predictis antea celebratum sit: etsi quidam hoc desiderari censeant. n.23. & 24.

67. Si pendente conditione matrimonii inito coram Parocho & testibus contrahentes se cognoscant affectu

8. Confessarii delegati, sicut & Ordinarii possunt audire confessiones extra diocesim, quia jurisdictione voluntaria delegata, potest extra territorium exerceri. lib.3. disp.34. num.1. & 2.

9. Confessarius tenetur admonere incestuosum impedimenti, qui post matrimonium cognovit consanguineam uxoris intra secundum gradum, si facili sit ad Episcopum recursum, qui in eo dispellet: si tamen Episcopus non ita facile possit adiri, & timeretur, medio eo tempore fore ut copulæ vacent, monendus non est, donec Confessarius dispensationem impetrasset. lib.9. disp.27. n.10.

10. Confessarius utens confessione tanquam medio ad peccatum carnis perpetrandum, immane sacrilegium committit, explicandum in confessione, tanquam mutans luxuriæ speciem: de hoc crimine cognoscunt fidei inquisitores. l.7. d.55. n.1.

11. Confessarius Episcopi vel cujuscumque prælati exempti, potest ipsos absolvere, & cum ipsis dispensare, in omnibus in quibus possunt cum subditis, imo in casibus oculis Episcopi concessis per Tridentinum. lib.8. disp.3. num.3.

12. Confessarius, cui committitur in foro conscientie sacra penitentiaria rescriptum ut cum penitente dispellet, si pronunciarit dispensationem esse subreptitiam, potest postea mutare sententiam & dispensationem exequi: vel penitens potest alium Confessarium adire, qui in ea sit opinione ut rescriptum valeat. Contra sentit Navarrus. l.8. d.27. n.40.

Confessio.

1. Quando uterque sponsus fatetur impedimentum, satis est ad dissolvendam sponsalia, quamvis juramento confirmata sint. l.1. d.72. n.2.

2. Si alter tantum fatetur impedimentum & sit ille qui matrimonium celebrari optat, satis est ut sponsalia dissolvantur. n.3.

3. Si fatens impedimentum, sit ille qui matrimonium recusat non statim ejus confessio, quia est in suum favorem, & in præjudicium juris tertii acquisiti. n.4.

4. Quando quis fatetur delictum cum circumstantia exculante valet ejus confessio quoad delictum, non tamen quoad circumstantiam, si jus contra eam præsumat. lib.3. disp.15. num.9.

5. Quando vir simulate dotis receptionem confitetur, aut majoris summe ut honori consulat, & satisfaciat parentibus; non est dubium hujusmodi confessionem esse nullam nec donationem inducere, quia constat de animo simulato. l.6. d.9. n.2.

6. Quando matrimonio nondum inito facta est confessio dotis receptæ, aut majoris summe, de cujus receptione non constat, sit certum esse animo donandi factam esse, donatio illa est proferri invalida, sicut & confessio; quare morte non confirmabitur. n.3.

7. Si dubium sit de animo viri ante initum matrimonium consentiens dotem receptam aut augmentum, non præsumitur animus donandi, sed spes futuræ numerationis. num.4.

8. Initio jam matrimonio, viro consentente dotem receptam, aut majorem summam præsumitur in dubio animus donandi. n.5.

9. Donatio consurgens ex prædicta confessione est invalida, in iis omnibus casibus, in quibus donationes inter conjuges invalidæ sunt, & more illarum confirmatur prævia viri morte. n.6.

10. In omnibus casibus, in quibus valida est donatio inter conjuges, valet, firmaque erit, & irrevocabilis donatio, consurgens ex tali confessione. n.7.

11. Si vir ignobilis, aut senex fateatur se dotem recepisse, ab uxore nobili, aut juvenula; quidam sentiunt in dubio non præsumi animum donandi; ad dicendum est valere eam confessionem, & in dubio centeri factam animo donandi, ac remanendi. n.8.

12. Quando confessio hæc habet vim donationis, nihil refert si elapsa exceptionis non numeratæ dotis tempora sint. num.9.

13. Quando dos ante contractum matrimonii fuit promissa, & eo constante vir fatetur se recepisse dotem; communis Doctorum sententia est, virum non animo donandi, nec spe futuræ numerationis fateri, sed vere ipsum dotem recepisse. n.10.

14. Probabilissima multorum sententia est, licere sacerdoti uti scientia confessionis ad externam gubernationem, nempe, ut faciat, vel omittat aliqua quæ alias non esset facturus, vel omitturus, quando effici potest absque periculo detectionis confessionis; ut in gratiis, ubi sacerdos sine alia causa habet liberam facultatem denegandi aut concedendi; verum sententia docens non licere uti extra confessionem scientia per confessionem habita; sed se habere debere Confessarium ac si nil in confessione sciret in favorem sigilli; auctori multo magis placet, quia favet decretum Clementis VIII. pro religiosis. l.3. d.16. n.2. 3. & 4.

v. Bulla. e. 15. v. Circa. n. 12. v. Clau. s. 1. v. Com. mutatio. e. 15. v. Confessio. v. Dispensatio. e. 15. v. Gratia. e. 15. v. Man. datum. e. 6. v. Opinio. e. 7. v. Titulus. e. 15. v. Jus. e. 15.

1. Confessarius qui novit aliquos conjugatos ex ignorantia invalide matrimonium contraxisse, quoties ignorantia illa est vincibilis, & culpabilis lethaliter, cujusmodi juris, vel facti sit, tenetur admonere, quamvis admonitio non sit profutura, & quodcumque scandalum penitentis legatur; licet quidam distinguant inter ignorantiam juris divini, & humani. l.2. d.38. n.1. & 2.

2. Quando penitens ex conscientia erronea credit aliquid esse peccatum mortale, tenetur Confessarius admonere. num.4.

3. Cujuscumque juris ignorantia invincibilis sit, aut facti, si spes probabilis sit fore, ut monitio profut sine gravi scandalo, & detrimento, tenetur Confessarius admonere penitentem de nullitate matrimonii. nu.5.

4. Quando ignorantia est invincibilis juris humani, aut facti, absque tertii præjudicio non tenetur Confessarius, vel quilibet alius admonere, quando nulla inde speratur utilitas: imo tenetur Confessarius tacere in hoc casu, propter inconvenientiam quæ inde sequeretur. num.6. & 7.

5. Confessarius conscientis impedimenti dirimentis matrimonium potest conjuges existentes in prædicta ignorantia invincibilis juris matrimonii, cogere ut petenti alterutro reddant debitum. num.8.

6. Si probabiliter creditur Confessarius consilium non profuturum, tenetur non admonere, quando ea ignorantia invincibilis est: quamvis sit illa circa jus divinum, & naturale: imo quamvis peccatum illud per ignorantiam invincibilem excusatum, sit in detrimentum proximi. n.9. & 10.

7. Si penitens dubio interrogaret Confessorem, vel virum doctum de impedimento matrimonium dirimentis, vel ex illa ignorantia timeatur malum dirimentis, aut sit scandalum penitentis secutum ex admonitione momentanea sit, vel si (secundum aliquos) Confessarius sit proprius Pastor, possitque impedimentum probare: in his casibus tenetur Confessarius admonere. num.14. 15. 16. & 17.

Thom. Sanchez de Matr. Tom. III.

42. In ipso actu conjugali expressa intentione excludere finem proles, modo proles conceptioni nihil faciant conjuges quod oblit, non excedit culpam venialem. n. 10.

43. Quando fines extranei, in se tamen liciti non sunt fines principales ad quos primo actus conjugalis referatur, sed secundarii, & motivi applicationis ad concubium, nulla est culpa. n. 11.

44. Vacare actui conjugali ad significandam unionem verbi cum carne excludendo fines boni proles, aut fidei, est veniale. n. 13. & 14.

45. Debitum petere ex fine ut viter in seipso incontinentia periculum, multi sustinent probabiliter culpam esse venialem; alii docent nullam esse culpam, sed Authorem cum nonnullis ait tunc esse veniale quando potest convenienter petens alio modo ab incontinentia abstinere: si vero non esset spes proles concipiendae liceret debitum petere, gratia vitandae fornicationis. l. 9. d. 9.

46. Afirmant quidam culpam esse venialem, debitum petere causa sanitatis consequendae, aut tuendae; alii vero docent omni culpa vacare: Author vero medium aptum non invenitur ad intaurandam, & tuendam sanitatem. l. 9. d. 10.

47. Quando voluptas limites matrimonii excedit, quia conjux ita voluptate captus ad suum accedit, ut paratus sit ad accedendum quamvis suus non esset, culpa lethalis est: debet autem in eo accessu adesse actualis illa prava voluntas. l. 9. d. 11. n. 3.

48. Actus conjugalis solius voluptatis gratia exercitus, nec fines matrimonii transgredientis, est culpa venialis. n. 4.

49. Debitum exigens ob delectationem, vel causa laetitiae &c. est tantum veniale in petente, non autem in reddente. n. 7.

50. Debitum petere diebus feriatis, processioem, vel jejuniorum, quidam docent culpam esse lethalem, alii tantum venialem, alii venialem putant in praecipuis tantum solemnitatibus: Author vero ait, solum esse consilium quibusvis diebus a copula conjugali abstinere, ac proinde omni culpa vacare tunc exigere, quia sine praecipuo, nempe ut liberius vacetur Deo non cadit sub praecipuo. l. 9. d. 12. a. n. 1. usque ad 5.

51. Diebus feriatis debetum petere in festo contemptum, culpam lethalem esse apud omnes competentem est. n. 6.

52. Naturalis concubendi modus quoad situm is est, si mulier succuba, vir autem incubus sit: unde omnis deviatio ab hoc modo adveniat aliquatiter naturae, eoque magis, quo fini huic situs contrarius est; hinc minor est deviatio dum conjuges a latere, aut sedendo, stando conjunguntur; pessima tamen dum praepostere, peccatum more, aut viro succumbente. l. 9. d. 16. n. 1.

53. Quidam culpam lethalem constituunt probabiliter in omnibus praedictis modis coeundi, & praecipue quando uxor est incuba vel cognoscitur praepostere; sed probabilis est nullum ex his modis, servato vase legitimo, esse culpam mortalem, sed tantum gravem venialem; increpandi tamen sunt conjuges ita coeuntes. n. 2. & 3.

54. Nil eorum quae conjuges in copula efficiunt, servato legitimo vase, & non impedita generatione, culpam venialem excedit. n. 4. & 5.

55. Si experientia constaret in illis extraordinariis concubendi modis semen minime retineri, sed effundi ob femine vas nimiam humiditatem, vel laxitatem; tamen peccatum mortale sic concubere; tamen si effusio illa feminis non ex concubendi modo, sed ex aliquo morbo confugeret, non esset mortale: unde confitens concubium extraordinarium servato debito vase; non est necessario interrogandus de effusione feminis extra vas, quia haec non frequenter, sed raro accidit. ibidem.

56. Conjuges non sunt lethalis culpae rei, si variato situ convenienti, non ita certa sit proles, modo nihil efficiant quo conceptioni obstat; quia non tenentur certiore modo ad prolem concipiendam eligere; & sic coeundo vacat rei litae. n. 6.

57. Inversio debiti situs in coeundo culpa vacat, si non captandae voluptatis gratia, sed iusta causa, & honesta adhibetur. num. 7.

58. Quando est mortale exigere debitum modo in debito quoad situm, propter periculum effusionis feminis extra vas, etiam mortale est tunc reddere: quando autem venialis est culpa in exigente, quamvis quidam dicant uxorem non teneri reddere; oppositum tamen probabilis est Authori. n. 8.

59. Nullo modo licet uxori pati copulam sodomiticam cum viro, aut effusionem feminis extra vas, licet alias mors sibi comminata obeunda sit, quia talis copula est intrinsece mala. l. 9. d. 17. n. 3.

60. Si velit vir intra vas legitimam copulam habere, quamvis tempore effusionis feminis soleat membrum retrahere quo semen extra decidat; uxor copulam assentiens, minime autem membri retractioni, libera est a culpa. ibidem.

61. Vir volens legitime copulari, & ut venerem ex-

v. Eucha. v. Julia.

v. amon. ter. c. 7. c. 10.

v. l. pra.

ciet, vel majoris voluptatis captandae gratia inchoat copulam cum ea sodomiticam non animo consummandi nisi intra vas legitimum, nec cum periculo effusionis extra illud, peccat lethaliter peccato fornicationis inchoatae; etsi contrarium insinuat Navarrus. n. 4.

62. Culpa mortalis est in conjuge, si in actu conjugali delectetur in alterius viri, aut feminae cogitatione carnaliter dilectorum; quia est delectatio mortalis in objecto lethaliter malo. n. 6.

63. Sanum est consilium ut curetur simul utrumque conjugum semen effundi; quare conjugi utrumque ad seminandum, consulendum est vel ut ante concubium tactibus venerem expellat ut vel sic possit in ipso concubitu, simul effundere semen. n. 8.

64. Non est necesse utrumque conjugem seminare simul, quare dum vir semen effudit minime tenetur feminae effusionem expectare, quia femineum semen etiam sit valde utile generationi, tamen non est necessarium, nec achiue ad generationem concurrat. n. 9.

65. Vir irritus venerem sciens se vel ut praematurus femina seminare minime culpae lethalis reus est. n. 10.

66. Marito fas est copulam continuare ubi ipse semen effudit, donec femina seminet. n. 11.

67. Voluntaria feminis effusio extra vas, aut is modus congregandi ex quo illa sequitur, est manifestum scelus mortale contra naturam, & hoc sive in toto actu conjugali, sive in parte, aut in illius sine totum semen, aut pars illius extra vas fundatur; tamen si praeter intentionem dum legitime congregati conatur, ex festinatione quadam naturae semen extra effunderetur, culpa vacat. num. 12. & 13.

68. Vir incidens in eam impotentiam post matrimonium ut intra vas femineum seminare nequeat; vel femina ita aucta effecta est ut semen recipere non valeat, vel receptum minime retineat, si haec impotentia sit perpetua, nequaquam licitus est conjugalis accessus cum hoc periculo: in dubio autem impotentiae perpetuae, liceret eis talis copula. n. 18.

69. His conjugibus taliter impotentibus licet tactus, & amplexus, si pollutionis periculum abest. n. 19.

70. Ubi probabilis seminandus intra vas spes conjugibus subest, licitum est ad id conari, quamvis per accidens ac praeter intentionem extra vas semen effundatur. n. 20.

71. Conjuges semes quibus vires potestaeque seminandi intra vas deficient, si constet impotentiam esse perpetuam, tactibus circa pollutionis periculum uti poterunt, non autem copula: si autem subest aliqua spes intra seminandi, aut aliquando licet vir intra seminant, licet illis copula uti cum illo periculo. n. 21.

72. Nullatenus interdicens est conjugi usus femininae quae intra vas receptum semen retinere non potest, quia perfecta copula conjugalis habetur intra vas, & per accidens eventus feminis legitime recepti expulso: deinde saepe matrix retinet necessarium semen ad generationem; superfluo expulso. n. 22. & 23.

73. Lethale crimen minime est virum ante feminis proprii emissionem se retrahere a copula, si nondum uxor seminat, nec seminandi in ipsa, nec in viro extra vas periculum subest, nec ipsa dissentiat, quia vas feminae penetratio abique seminatione reputatur inlar tantum partium verandarum, qui inter conjuges cessante pollutionis periculo permittuntur: licet quidam mortale esse doceant. l. 9. d. 19. n. 3.

74. Maritus lethaliter delinquit data opera a copula detinens ante proprii feminis emissionem, si femina jam seminat, vel ad id excitata sit, ita ut probabile periculum seminandi adit: tamen nonnulli negant esse mortale. num. 4.

75. Non est mortale sed solum veniale, si viro seminaute uxor ante proprii feminis emissionem desistat a copula, vel data opera nititur non seminare, quia semen mulieris ad generationem non desideratur. n. 5.

76. Si post feminas seminationem adverteret vir periculum vitae sibi imminere si seminet, item si fera, aut hostis supervenerit: vel si adverteretur naturali honestati aliquibus adventitibus, non esset demandandus vir se retrahens ante propriam seminationem, etiam cum periculo seminandi extra vas. n. 6.

77. Quidam viri docti contenti in contumaciano non licet viro se retrahere ante propriam seminationem, postquam femina seminat: aut est in seminandi periculo inevitabili: at, multo probabilis est non solum non teneri virum tunc seminare, sed novam seminandum admittere culpam, eamque in confessione detegendam nisi in copula intelligeretur. n. 7.

78. Impotens ad emittendum semen generationi aptum, ut sunt eunuchi, duplex mortale crimen fornicando admittunt, alterum fornicationis, alterum vero contra naturam, quia inutiliter semen femineum in ejus dependium provocat. n. 8.

79. Si iavita uxore vir minime seminaret, esset iniustitiae crimen, quia per se dominium unius conjugis in corpus alterius, est in ipsius semen. n. 9.

80. Quoties adeo contravenitur modo naturali concubitus, ut ex natura facti generatio subsequi nequeat, est peccatum mortale contra naturam. l. 9. d. 26. nu. 1.

81. Femina sumens, & ei porrigens potionem, vel quidvis aliud quo proles conceptioni obstat mortalis culpa contra naturam rei tunc; ita ut nullo bono sine honestati possit. n. 2.

82. Similem culpam mortalem admittit femina, quae statim post coitum urinam effundit, aut se erigit, aut quidquam aliud facit, quo semen receptum expellat: tamen femina non tenetur anxie diuque manens in lecto intrata, & resipiva susceptum semen conservare; quod raro fluxus feminis ex diverso corpore sita contingit, & os matricis feminae recepto femine ita clauditur, ut nec acus cupidum capiat. n. 3. & 4.

83. Culpa lethalis est quoties ex ipso congressu modo est periculum abortus; secus quando non ex modo inordinato, sed quod uxor sit infirma, ac delicatae complexionis. num. 5.

84. Uti acto conjugali tempore praerogationis cum abortus verisimili periculo manifesta lethalis est culpa petere aut reddere. l. 9. d. 22. n. 1.

85. Cessante periculo abortus absque dubio nulla est culpa reddere tunc temporis, & probabilis est nec culpam venialem in ea debiti exactione inveniri. n. 2. 3. 4. 5. & 6.

86. Conjuges non tenentur observare tempus purificationis lege antiqua praescriptum, quia cum hoc praecipuum ad ceremonialia pertinet, iam extinctum est. n. 8.

87. Tempore quo durat immunditia corporalis post partum, quidam asserunt esse mortale petere debitum, nec esse reddendum cessante fornicationis periculo; alii sentiunt esse veniale ob intentionem, sed probabilis est nullam esse culpam, sed tantum consilium abstinere a petitione. n. 9. 10. & 11. imo femina tunc nisi legitime excusetur, tenetur reddere. n. 12.

88. Quando mater sobolem lactat, quidam censent esse peccatum lethale debitum petere, verum tamen est debiti reddere, si sit ita pauper ut non sit solvendo nutricia lactaturae, expertaque sit ubera excutere si concipiat; vir autem non esset demandandus tunc exigens. n. 13. 14. & 15.

89. Licitus est conjugi usus ubi uterque vel alter conjux non omnino mente delitutus est; sed est fatuus, & circa matrimonium, & alia, est sui compos: item si amens habeat laetitia intervalla, & eo tempore peccat debitum. l. 9. d. 23. n. 1. 2. & 3.

90. Neuter conjux tenetur alteri debitum reddere cum detrimento propriae salutis; unde conjux febrilioribus aut post prandium usque demoretur, aut in balneis, vel statim a balneis: aut immoderate, ac saepius quam par est petenti: aut si vir sit fur incorrigibilis; in his casibus non est obligatio reddendi. l. 9. d. 24. a. nu. 1. usque ad 8.

91. Illicitum est viro reddere cum notabili suae salutis detrimento, & similiter uxori: imo peccaret mortaliter tunc reddendo, nisi iusta aliqua causa, aut inadvententia excusetur; ut si bonum commune totius universi, five regni, five communis civitatis ad sui conservacionem ea copula conjugum indiget; tunc postposito privato notabilis damni, aut vitae iacturae discrimine, tenerentur conjuges ad eam. n. 8. 10. & 11.

92. Si subitave periculum incontinentiae in conjuge exigente, quidam docent alterum teneri reddere cum notabili suae salutis corporalis detrimento: Author autem existimat licere tunc reddere sed ad id non teneri. num. 12.

93. Quorundam sententia est conjugem innocentem minime posse debitum negare conjugi adultero, sed ad id desiderari Ecclesiae sententiam: alii putant adulterum debere esse notorium; nonnulli docent adulterum eo ipso delitutum esse iure debiti exigendi, ac proinde peccare exigendo; sed verissima sententia ait conjugem innocentem certum de alterius adulterio, eo ipso eximi a debiti reddendi obligatione, nec ad id desiderari adulterium esse publicum, aut Ecclesiae sententiam. l. 10. d. 12. n. 2. 3. 4. & 5.

94. Si iudex sub excommunicatione latae sententiae praecipiat conjugi innocenti ut debitum reddat, certo tamen licenti adulterum occultum alterius quod probari nequit, innocens ex natura rei non tenetur obedire, nec est coram DEO excommunicatus, quia praecipium Ecclesiae ex falsa praesumptione procedens non obligat in conscientia: ratione tamen scandalii vitandi possit teneri reddere n. 6.

95. Conjux aulitatis matrimonii conscius ob impedimentum dirimens fidei divino iure humano iure, in nullo eventu potest reddere debitum conjugi ignorantem licet excommunicetur ab Ecclesia, vitaeque periculum subeat, gravissimaeque sequantur scandala. l. 2. d. 39. nu. 8.

96. Paucum non petendi nec reddendi debitum mutuo conjugum consensu in initum validum est; potest tamen uterque conjux, id pactum renittere, & ita petere & reddere: imo etiam praedictum pactum iuramento

firmatum sit, modo factum sit solum in utriusque conjugis favorem: secus si intuitu pietatis ut continentiam ad DEL cultum observarent. l. 9. d. 37. n. 19. & 20.

97. Si ex communi consensu abstinere conjuges a copula ne prolem multiplicent quam alendo non sunt, nulla est culpa si incontinentiae periculum abest. lib. 9. disp. 25. num. 1.

98. Non eximitur conjux a debiti redditione, altero conjuge petente gratia non multiplicandi prolem: tamen non esset mortale debitum ob eam causam negare, quando non est incontinentiae periculum in altero conjuge, & parentes non sunt tot filios alendo. n. 2. & 3.

99. Culpa est mortalis debitum negare, eo quod alter conjugum a Jadais, aut saracenis originem ducat, ne proles ea macula afficiatur. n. 4.

100. Fas est debitum negare ad vitandum magnum in bonis fortunae aut famae detrimentum, vel ad magnum in illis utilitatem comparandam. nu. 5.

Delectatio.

1. Delectatio venerea, seu libidinosa dicitur, quae in ipsa carne sentitur, cum commotione spirituum inservientium generationi circa partes libidinosas. l. 9. d. 46. n. 5.

2. Delectatio venerea, & amplexibus, aliique tactibus capta, quaedam est inchoatio ipsius copulae, & tunc est peccatum lethale sicut & ipsa copula: altera est delectatio sensibilibus venerea, & libidinosa ex ipsis tactibus confurgens, sistendo in ea nec intendendo copulam, nec illius voluptatem; quidam negant hanc delectationem esse peccatum mortale, idque secundum illorum sententiam probabiliter. n. 4. & 6.

3. Tanquam verissima sententia tenenda est, delectationem libidiniosam in amplexibus, & oculis, inter virum, & feminam omnino solutos lege matrimonii, & sponsalium inter se initorum conjugentem esse istius appetitu sensitivo, quamvis nec de fornicatione, nec de illius delectatione cogitetur, esse peccata lethalia. nu. 7.

4. Aliqui censent esse culpam lethalem, si conjuges amorem delectentur, etiam seculo pollutionis periculo, in copula cogitata tanquam praesenti, dum absentes funt, ac eo tempore, & loco in quibus copulam exercere non possunt: at multo verius est non esse culpam mortalem, quamvis ex ea delectatione confurgeret membri pudendi commotio, & alteratio absque pollutionis periculo: tamen esset culpa venialis consensus in eam delectationem. l. 9. d. 44.

5. Quoties copula interdicitur conjugibus ob circumstantiam extrinsecam, quae per se neutrum appetitum arect ab usu matrimonii, licita est delectatio appetitus sensitivi de copula cogitata ut praesenti: liciti sunt etiam tactus eo pacto quo liciti essent seculo eo impedimento: idem dicendum quoties est physicum impedimentum ad copulam: etsi peccatum mortale esse quidam, ut Abulenlis, doceant. n. 19. 20. 21. & 22.

6. Item delectatio licita est, quando concubitus est interdictus ratione alicujus praecipii Ecclesiae, ut si conjux contraxit affinitatem, cognationemve cum altero conjuge. n. 23.

7. Quoties conjugi interdicitur debiti petitio, eo quod sit dubius de valore matrimonii, est peccatum mortale, delectatio partis sensitivae de copula cogitata. n. 24.

8. Quando ratione voti non licet conjugi petere nec reddere, multo probabilis est nullo modo esse licitam delectationem partis sensitivae aut tactus, sed culpam esse lethalem adversus votum. n. 25.

9. Si alter, vel uterque conjux novisset solum se non petiturum debitum, & delectatio, & tactus liceret. n. 26.

10. Delectatio mortosa conjugis in copulae conjugalis cogitatione, praesivo pollutionis periculo efficitur culpa lethalis. l. 8. d. 45. n. 29.

11. Peccatum lethale est in nondum conjugatis capere delectationem appetitus sensitivi de copula futura tempore matrimonii cogitata: quia actus ille appetitus sensitivi semper fertur in copulam praesentem, ut praesentem, cum praesenti commotione, ad illamque ordinatur & est quaedam ipsius inchoatio; quidam tamen probabile putant non esse mortale seculo pollutionis periculo. l. 9. d. 47. n. 2. & 4.

12. Delectari in appetitu sensitivo de copula cogitata sub conditione si adesset matrimonium a fortiori est mortale; quia delectatio praesens appetitus sensitivi non potest ferri in actum sub conditione, sed in actum praesentem, & ut talem apprehensum. n. 5.

13. Delectatio appetitus sensitivi ex tactibus, aspectibus, & verbis, cogitata, a sponsis de futuro confurgens, non est mortalis nisi sit periculum pollutionis, aut consensus in aliquod mortale. n. 6.

14. Peccat lethaliter vidui admittentes delectationem veneram, & sensitivam ortam ex copulae habitate tempore matrimonii cogitatione: aliqui tamen opinantur non esse mortale, modo abest periculum pollutionis, vel consensus in copulam praesentem. num. 3. & 7.